

finiat, cum poto lucrificupidum arbitrabatur, qui his
 stitidit & lucrum ex his quarendum sibi putat, ex
 quibus vitiis lucrari nunquam insituant. s.o.c.
 At non vides o'staulime, quod paulo ante inter
 nos e'ouenit, lucrari scilicet esse vtilitate affici? n.p.
 Quid tumis o.c. Quia & in hoc consensimus, bonu
 omnes semper velle. n.p. Concessi sumus. s.o.c.
 Nonne & boni vitiis lucrum omne expectant, si qui-
 dem omne lucrum bonu est? n.p. Non tamen ea la-
 cra quibus ledi possunt. s.o.c. Ledi vocas damnum
 pati, an aliud quippiam? n.p. Nil aliud quam da-
 mno affici. s.o.c. Lucrone damnum patiuntur ho-
 mines, an damno potius? n.p. Vtrisque. etenim
 & damno, & lucro turpi, damno afficiuntur. s.o.c.
 Num tibi videtur aliquid vile ac bonum turpe exi-
 flere? n.p. Minime. s.o.c. Nonne paulo ante con-
 cessimus, lucrum damno malo exilenti, contrariu
 esse. n.p. Fateor. s.o.c. Et cum sit malo contra-
 rium, esse bonum? n.p. Concessimus. s.o.c. Vi-
 des igitur vt me conde decipere, ex industria con-
 traria his assensens, quz supra concessi sumus. n.p.
 Non per louem, o Socrates, sed contra, tu me de-
 cipis, ac nescio quomodo disputans falsum deor-
 sumque omnia conuertis. s.o.c. Bona verba que'sto.
 Neque enim recte faceret, nisi viro bono & sapien-
 ti parerem. n.p. Cuiam? aut quid hoc tandem?
 s.o.c. Conciui meo & tuo, Hipparcho Pilsitrati
 Philædonici filio, filiorum Pilsitrati natu maximo
 & sapientissimo, qui cum alia multa preclara sapien-
 tia exempla edidit, & Homeri etiam libros in
 hanc regionem primus inuexit, & recitatoris im-
 pulit, vt Panathenais alteris & ordine pronuntia-
 ret. quod vsique ad hanc etiam tempora obseruauit.
 Et Anacreonta Teium missa quinquaginta remor-
 num nauis in hac vibem acciuit. Simonide præterea
 Chium apud se semper habuit, amplis stipendiis
 & manebus inductum. Hæc aut egebat omnia, ci-
 ues suos eo adducere volens, vt quam optime degre-
 bitur imperaret, ratus minime fas esse, sapientiam
 cuiquam inuidere, quippe qui ipse honestus ac bo-
 nus erat. Cum itaq; ciues abunde eruditi essent, atq;
 sapientia eius admirarentur, ad agricolas conuertit
 animum & peregrinos erudiendos. igitur columnas
 in singulis vrbis truiuis & in vnaquaque tribu ere-
 xit: & ex ea sapientia, qua partim didicerat, partim
 ipse inueherat, eliciens que potiora iudicabat, elegis
 in clausis, & insituitis sapientia inscripsit: primum vt
 ciues haud amplius egregia illa mirarentur, Cognõ
 scete ipsam, Nihil nimis, & reliqua huiusmodi,
 Delphis inscripta: sed Hipparchi præcepta veluti
 potiora susceperet. Deinde hæc atque illac prætere-
 tes, ac legendo illius sapientia degustantes, ex agris
 & syluis ad reliqua doctrix instituta discenda per-
 gèrent. Erant autem epigrammata duo: alteru in si-
 nistra parte vniuscuiusque columnæ, in quo Mercu-
 rius ledoreus (sic enim inscribatur) monebat,
 quod in medio vrbis & populi staret alteru in dex-
 tra, sic inscriptum, Hipparchi hoc monumentu est.
 Mox præceptum addidit, Perge quæ iusta sunt cu-
 rare. Cumq; in aliis columnis alia preclara carmina
 inscripta essent, multa que, in via Striaca tale erat:
 Monumentum hoc Hipparchi, Ne amicis decipias.
 Quamobrem egote quidem amici meum fallere
 nunquam ausim, & illi tanto viro repugnare. Quo
 vita fûcto, tres annos sub fratre illius Hippia ty-
 rannide preffi Athenienses fuerunt. Ipse vero è ma-
 ioribus natu omnibus, accepit solû hoc viciniam

in hac vrbe tyrannidem viguisse, reliquis temporibus,
 eodẽ penẽ modo quo Saturno regnante Athenienses
 vixerunt. Traditur autẽ ab elegantioribus
 vitiis, mortis eius causam existisse, non eam que
 vulgo fertur, fororis scilicet Canephorie contem-
 ptum: nam id credere absurdũ est. Sed cũ Harmo-
 dius amaretur, doceretq; ab Aristogitone, magno
 quiddã sibi ex hac educatione superabat: fore
 namq; Hipparchum aduersarium suspicabatur, Inter-
 terim contigit vt Harmodius nobilem quandam,
 cuius nomẽ non fatisteneo, amaretis primũ Har-
 modium & Aristoginem, veluti sapientes admi-
 rabatur, postea familiaris factus Hipparcho, con-
 temnere illos cepit: vnde illi indignari, Hipparcho
 interemerit. n.p. Videris ergo, o Socrates, vel
 amicũ me non putare: vel si putas amicũ, Hip-
 parcho minime credere. Nam abs te nõ decepti dis-
 ferendo, persuaderi mihi nequit. s.o.c. Atqui volo
 perinde ac si talis ludamus, retractare quicquid
 libet, ne te deceptũ existamus. Vtine illud immuta-
 ri quod diximus, omnes homines boni appere-
 re? n.p. Nolo. s.o.c. Quid vero illud, quod damnũ,
 ac damno affici, malũ esse concessimus? n.p. Neque
 id volo. s.o.c. Sed quid illud, quod lucrum
 atque lucrari, & ipsi damno & ei quod est damnu
 parti contraria sunt? n.p. Neque istud quidem.
 s.o.c. At illud forsitan, quod lucrari, vt pote malo
 contrarium, bonũ est? n.p. Ne quequã retractes.
 s.o.c. Videtur igitur tibi, vt apparet, lucru aliqud
 bonum esse, aliqud vero malum? n.p. Mihi vero,
 soc. Retracto itaque tibi hoc. Est enim lucrum a-
 aliud bonum, malum aliud, nihil tamẽ magis hoc,
 quam illud lucrum est, nõne? n.p. Quid interro-
 gas? s.o.c. Dicam: cibus & bonus est, & malus.
 n.p. Est. s.o.c. Etenim magis cibus alter, an
 similiter cibus vterque est, neque qua cibus alter
 ab altero differt, sed qua hic quidẽ bonus, ille vero
 malus? n.p. Est vt dicis. s.o.c. Nonne & potus &
 reliqua omnia, quecumque foris eiusdem sunt,
 ita habet, vt partim bona, partim mala sint, nihilq;
 inter se differat in eo in quo eadem sunt, quemad-
 modum hominũ quidẽ alius bonus, malus alius?
 n.p. Sic est. s.o.c. Ceterũ neuter illorum, vt ar-
 bitror, magis aut minus homo est quã alter, ne-
 que bonus malo, neque malus bono. n.p. Vera di-
 cis. s.o.c. Nonne de lucro similiter iudicabimus
 quod pariter lucrum tam bonum quã malum
 lucrum sit? n.p. Necessẽ est. s.o.c. Nil igitur
 magis lucratur, qui lucrum bonum consequitur, quã
 qui malum: neque horum alterum lucrum magis
 apparet, vt iam conuenit. n.p. Profecto. s.o.c.
 Neutrũque aut magis, aut minus adest? n.p. Neu-
 tro. s.o.c. Tali autem in re, cui neutrum horum
 compet, æquis potest magis vel minus aliqud
 aut agere, aut etiam pati? n.p. Impossibile est.
 s.o.c. Postquam lucra aqũe sunt vtraque, hoc deinceps
 animaduertendum restat, propter quid vtraq;
 lucrum appellas, quidnam idem in vtriusque aspicis:
 veluti si me roges, quare cibum, seu bonum, seu
 malum, cibum vtrunq; vocec, respondeam vti-
 que, quoniam vterque sicca est corporis esca, id eo
 vtrunq; cibum nomino, quod quidem & tu no-
 bis concederes, nõne? n.p. Fateor. s.o.c. Et circa
 potum eadem rursus respondendi ratio esset,
 quod humidum corporis alimentum, seu bonum,
 seu malum sit, potum vocamus, & in aliis eodem
 modo. Enitete itaque me sic respondentem imi-
 tari:

tari. Lucrum bonũ, itẽmque lucrum malum, vtrun-
 que lucrum appellas, quidnam in lucro bono & ma-
 lo idem cernis, cuius gratia vtrũque lucrum vocas?
 Quod si non habes quod respondeas, at me dicen-
 tem atq; de. Num lucrum appellas omnem posses-
 sionem quam quis acquisiuit, vel nihil omnino, vel
 parum expendens admodum; cum plus accipiat?
 n.p. Id lucrum vocare mihi videor. s.o.c. An huius-
 finodi dicis, ceu si quis nihil expendens abunde
 epulatus sit, & ex epulis morbum acquisierit? n.p.
 Non per louem. s.o.c. At bonam valẽtudinẽ ex
 epulis ductum, lucrumnean damnũ alfequeretur?
 n.p. Lucrum. s.o.c. Non est igitur lucrum, quod li-
 bet acquirere. n.p. Non certe. s.o.c. Non quid ita
 se habet, vt non lucratur qui quoduis assequitur, si-
 ue bonum, siue malum? n.p. Apparet. s.o.c. Neque
 in damnũ incurrit, qui in quoduis incurrit, siue
 bonum siue malum? n.p. Mihi quidem videtur.
 s.o.c. Cernis ergo quod circa idem reuolueris? Lu-
 crum enim bonum, damnũ verò malum apparet.
 n.p. Ignoro quid dicam. s.o.c. Et iure quidem. Sed
 præterea hoc mihi responde. Si quis minus expendens
 plus accipiet, lucrum hunc dices? n.p. Di-
 co, modo nõ malum lucratur, sed vel auri, vel
 argenti minus erogans, plus accipiat. s.o.c. Enimverò
 hoc insuper interrogabo, si quis dimidium auri li-
 bram erogans, duplum reportet argenti, lucrum, an
 damnũ sit? n.p. Damnũ profecto, o Socrates:
 nam pro duodecuplo duplum solummodo capit.
 s.o.c. Veruntamen plus accipit. An non plus est du-
 plum dimidio? n.p. A. Non eiusdem dignitatis ac
 pretij est argenti, cuius est aurum. s.o.c. Ergo
 oportet hoc lucro adicere, æstimationem scilicet
 ac pretium. Nunc vtrique argentum amplius cum
 sit, quã aurum, haud aqũe æstimandum ac pre-
 tiosum dicis: aurum vero minus existẽs, pretiosum
 quoque ac dignum. n.p. Et maximẽ, sic enim fe-
 res habet. s.o.c. Ipsa ergo æstimatio dignitasque lu-
 crum continet, siue parua res, siue magna sit. Indi-
 gnum verò æstimatione, lucro caret? n.p. Profecto.
 s.o.c. Ipsum pretiosum ac dignum, vocas aliud
 dignum, quã acquisitu dignum? n.p. Acquisitu.
 s.o.c. Dignum autem quæsitũ vtile an inutile? n.p.
 Vtile. s.o.c. Vtile nõne bonum? n.p. Est. s.o.c. O
 vir omnium fortissime, nõne iam tertio & quarto
 conclusum a nobis est, lucrum bonum esse? n.p.
 Videtur. s.o.c. Memoria tenes vnde sermo hic in-
 cidit? n.p. Arbitror. s.o.c. At si minus ipse memi-
 neris, ego in memoriam reducam. Ex eo enim
 quod negares bonorum virorum esse, lucra quali-
 bet acceptare, sed ex lucris bona duntaxat, mala
 vero nequaquam. n.p. Hinc sanẽ. s.o.c. Nonne lu-
 cra omnia esse bona, seu magna siue parua sint, ratio
 nos fateri cogit? n.p. Coegit certe, o Socrates, me
 magis, quã persuasit. s.o.c. Sed forsitan deinceps
 persuadebit. Nunc tamen siue persuasus fueris, seu
 quomodo eunq; aliter sic affectus, consentis no-
 bificum lucra omnia & ampla, & exigua bona esse?
 n.p. Consentio. s.o.c. Et bonos viros omnes bona
 omnia velle fatentis nunquid? n.p. Fateor. s.o.c.
 Malos autẽ dicebas omnia lucra tam exigua quã
 magna cupere. n.p. A. Dicebam. s.o.c. Nonne
 igitur secundum sermonem tuum vniuersi ho-
 mines, & boni pariter atque mali lucrificidi es-
 sent? n.p. A. Videtur. s.o.c. A. Nemõ igitur rectẽ
 vituperabit lucrificidos, cum ipse quoque lucrifici-
 cidus sit,

Somma huius dialogi est, quid sit & quale officium philo-
 sphi, desirire. Est autem philosophi officium, diuina velle, quæ
 gubernare humana: in illo contemplatiua philosophia, in hoc
 actiua comprehenditur. Philosophus itaque primò diuina, id
 est absolutam ipsius boni naturam per sapientiam contemplatur.
 Deinde ad id bonum velut ad finem humanas operationes
 dirigens humana gubernat. Hæc autem gubernatio duo requirit.
 Primum, vt quid humana natura sit, & quo pacto doceatur
 ad bonum, à malo remoueatur, cognoscat: quod quidem per
 prudentiam philosophus agit. Alterum, vt sic instituta boni
 num et affectus et alia, sic temperate etque eubiet, vt ad bo-
 num quod sapientia ipsa inuenerat, & ad quod prudentia de-
 inde direxerat, facile tendatur. Id vero per morales virtutes
 efficitur, quas omnes vno in ista nomine Plato complectitur.
 Atque ex his duobus humanarum gubernatio conuolat. Eius-
 dem autem est scire velle hominem vnum, familiam, ac rem-
 publicam gubernare. Quamobrem qui moralis sit, idem domi-
 nus, ciuius, rex idoneus est. Ex quibus concluditur in ipso
 philosophanti officio hæc omnia contineri, sapientiam, prudentiam,
 iustitiam, moralem, domesticam, ciuilem ac regiam di-
 sciplinam. Per sapientiam diuina cognoscitur, per prudentiam in
 ista, q; humana gubernatur, dum rem suam rem familiarem,
 rem publicam administrat. Eiusmodi est philosophi ipsius officium,
 quod Plato in libro de Republica largis explicat, in hoc
 significat breuiter. Ac primo duas aliorum opinionem circa philo-
 sphi officium consutat. Prima videtur vel Soloni fuisse, vel
 simili alicuius, dicens id esse quamplurimum discurrere, secundã
 Hippie sapientia, solum philosophum artium omnium periti-
 mus dicens inuini. Socrates ergo fingit hæc in scholis Diony-
 si, qui grammatica elementa Platoni tradidit, aduersus illi
 scipulos duos Dionysii disputasse deinde qua in scholis tradita
 fuerat in corona familiarium iurum à principio recensere.

SOCRATES.

Dionyij Grammatici ludum ingressus iu-
 uenes quosdam conspexi, qui videbantur
 honestã indole, claris ortos parentibus,
 cuique eius vna eorum etiam familiares.
 Aderant autem duo quidam adolecẽtuli inuicent
 contententes: quæ vero esset contentio, haud satis
 aduerteram. Veruntamen de Anaxagora vel Oeno-
 pide disceptare videbantur, circulos describentes,
 & quasdam spheræ inclinationes depingentes cu-
 bito innixi, & intenti admodum. Ego autem alteri-
 us illorum amicũ, iuxta quem sedebam, cubito
 tangens, interrogauit quid ita contenderent adole-
 tes, & num magnum quiddam esset, & pulchrum,
 in quo tantum studium ponerent. Tum ille, quid in
 quit magnum, & pulchrum? Nugantur enim de su-
 blimibus quidam, & philosophantes garriunt. Hu-
 ius ego responsum admiratus, o adolecẽs inquam,
 an turpe tibi philosophari videtur? cõrue tam acer-
 bẽ respondes? Alter vero, iuxta enim assidebat am-
 lus quidam istius, cum & me interrogantem, & res-
 pondentem illum audisset, Non expedit tibi Socra-
 tes inquit, interrogare hunc, an turpe existimet esse
 philosophiam, necne. An non vides ipsum in tumi-
 ditate quadam & fatuitate atque insolentia vni-
 uersam ætate egisse, vt credas aliud quicquam eum
 tibi responsum, quã quod dicitur turpe sit philosophia?
 Erat autem iste ex amatoribus in musica eruditus,
 alter autem quem carpebat, in gymnastica. Vide-
 batũque mihi oportere eum quem prius interro-
 gaueram, missam facere, quod agẽdo potius, quã in

disputando exercitatus haberi velle videretur. Interrogandum autem censui illum, qui sapientior videri volebat, ut siquam possem, utilitatem reportarem. Dixi igitur ad eum, me de re communi questionem movisse, quod si putas melius hoc te responsum, illud idem te nunc interrogo, utrum videatur philosophari pulchrum esse, an secus? Hæc ferè cum diceremus, audierunt adolescentes, atque missa ea quæ inter ipsos erat contentione, ad ea quæ diceremur audienda se ipsos silentio parabant. At amatoribus quid acciderit, nescio. Ipse certò oblitus fui. Semper enim noua ac pulchra suspesco. Videbatur itaque mihi alter me non minus certare: verum enimverò respondit ille mihi, & valde quidem ambiciosè. Si quando, ô Socrates, philosophari turpe esse ducerem, neque me hominem putarem, neque quemuis alium sic affectum. Innuens autem in eum lum dicebat hæc ea voce, vt amici exaudire possent. Hic ego, pulchram igitur tibi philosophari videtur? & maxime quidem, inquit ille. Quid ergo, inquam, nunc videtur tibi fieri posse, vt norit quis turpe sit aliquid, an pulchrum, nisi prius quid ipsum sit noverit? Non. Nosti igitur, inquam, quod est aliquid philosophari? Noui equidem. Quid est? Quid aliud quam iuxta Solonem? Dicebat enim alicubi Solon, Discensit assidue multa, senecta venit. Et mihi quidem videtur semper sic oportere aliquid discere eum hominem qui philosophus futurus sit, siue iuuenis, siue senex sit, vt in vita quam plurima discat. Atque is primo visus est mihi aliquid dixisse. Deinde mecum reputans, interrogavi, num ei philosophia, idem quod multa discere, videretur. Et ille omnino inquit. Existimas, inquam, pulchrum aliquid solum esse philosophiam, vel etiam bonum? Et bonum inquit. Vtrum philosophia id proprium facias, an etiam aliis eodem pacto tribuis: vt verbi gratia, studium gymnasticæ, non modo pulchrum esse, sed etiam bonum? Tunc ille ludens duo protulit. Adversus hunc, inquit, dico, quod neutrum sit: adversus autem te, ô Socrates, & pulchrum & bonum simul esse fateor. Ergo in gymnasiis etiam multum laborem existimas esse gymnasticæ studium? Et maxime quidem, inquit ille, quemadmodum in philosophando, multa discere philosophiam puto. Ego vero, credis inquam, gymnasticæ studiosos aliquid aliud appetere, quam vt eorum corpora bene se habeant? Id ipsum inquit. Num multi labores bonam corporis habitudinem efficiunt? Quoniam pacto, inquit ille, ex paucis laboribus robustum corpus fieri possit? Hic mihi visus est gymnasticus ille prouocandus esse, qui mihi propter peritiam gymnasticæ auxilium ferret. Illum igitur percontatus sum, Quid vir optime, isto loquente tu taces? Num & triuidetur homines è multis potius laboribus, quam temperatè robur acquirere? Equidem, ô Socrates, ego illud quod dici solet videre video: nempe ex moderatis corpus bene sese habere. Vnde inquam vides non infirmum potius & naufragandum virum, ceruicæque molli & curis extenuatū reddunt? Et quum hæc annuisset, delectati adolescentes, riserunt. Alter autem ille erubuit. Tunc ego, quid tu igitur ecce digne, nec paruos, neq; magnos labores habitudinè bonam corporis efficere, sed moderatos: an nobis qui duo in eadem sententia sumus, repugnans: Libenter equidem, inquit, huic repugnarem, atq; adversus eum valerè, id quod proposui, defendere, etiam si causam habere minus validā. Nul-

lius enim pretij est. Verum tecum haud decet insolentiam contendere: confiteor igitur, non multas sed temperatas exercitationes boni corporis habitum hominibus præstare. Cibi autem inquam multi, an moderati? Et tibi ait. Præterea compulsi eum, vt concederet reliqua omnia quæ circa corpus versantur, temperata quidem prodesse plurimum, pauca verò vel nimia, nihil. Et ille moderata inuare concessit. Et que ad animam spectant, inquam, cum moderata adhibentur, conducuntne magis an immoderata? Moderata. Disciplina autem nonne ex his sunt quæ animæ adhibentur & conferunt? Concessit. Et disciplina itaq; quæ temperata sunt, non quæ multa, utilitatem afferunt? Concessit. Quoniam ergo interrogare merito cõueniat, quales sint labores atque cibi corporibus accommodi? In hoc tres arbitror contentimus, medicū videlicet, vt pedotribam interrogandū. Quem verò de spargendis feminibus, quantum sit commodum? Agricola consentaneum est. At verò de semine & plantatione disciplina in anima, quoniam merito percontemur, quales quæritur sufficiant? Hic cum ambiguitatis pleni essemus, ego iocans inquam, vultus postquam nos in hoc ambigui sumus, ab his adolescentibus isthuc quæramus? An forsitan erubescimus, quemadmodum procos inducit Homerus, quum nollet alium quenquam præter se arcum intendere? Sed cum grauitate ferre videretur, alia quidam via inuestigare aggressus. Qualia, inquam, esse debere coniciemus que oportet philosophum discere quum neque omnia, neq; multa sequi debeat? Respondens autem sapientior ille, pulcherrimas ait, atque maxime congruas animo disciplinas eas esse, ex quibus quidem quis gloriam in philosophia consequatur: maximam vero gloriam adipisci, si omnium artium peritus sit: aut si minus omnium, plurimarum saltem, earumque præsertim quæ utilitate sunt dignæ, ea præ cæteris discens, quæ liberis homines decet, quæ ut intelligat ratione, non manuum ministerio consistunt. Tum ego, sic inquam, dicis, quemadmodum in opificiis contingit? Vbi opificem quidem quaque ad summum, aut se minus emeret, architectum vero ne drachmarum quidem decem millibus: nam per omnia Græciam rari admodum reperiuntur: nunquid tale aliquid ais? Ille assensus id ipsum se dicere confessus est. Eum mox interrogabam, utrum possibile esset, duas eundem duntaxat artes hoc pacto, necdum per multas magnasque percipere. Et ille, Ne ita me dicere putares, inquit, ô Socrates, quasi philosophantem oporteat singulas artes ad summum proficere, quemadmodum artifices illos: verum vt liberū virū eruditumque decet, vt potis sit percipere quæ ab vnoquoque artifice proferuntur, atq; id præ cæteris qui tū adfuerint præterea ita mente omnia concitare, vt semper ipse elegantissimus, ac sapientissimus omnium in vnoquoque eorum quod è quoquoque adducitur, appareat. Atque ego (adhuc enim quorlum tendere ambigebam) intelligone, inquam, qualem dicis esse virum philosophum? Videris enim mihi talem dicere, quales in certamine sunt pentathli, cursoribus, vel iaculatoribus collati. Etenim illi cursoribus, vel peltastis in eorum certaminibus inferiores sunt secundūmque loci tenent, reliquorū vero athletarum primi atque victores. Tale aliquid fortè dicis philosophiæ studium conferre philosophis, vt ab his qui in quavis arte supremi sunt, in eadem arte intel-

ligen

ligentia quidem superentur, secundūmque locum teneant, reliquos verò antecedant, vt philosophus in singulis facultatibus secundæ cuiusdam hominis existat. Huiusmodi videris philosophantem virum ostendere. Recte, inquit, ô Socrates, accipere de philosopho dicta, qui eum pentathlo comparaueris. Est enim proculdubio talis, vt nulli negotio seruire penitus velit, neque in aliqua re, vique ad summum elaborare, ne propter vnius exactam diligentiam in aliis omnibus superetur, sicuti superantur opifices: sed omnia mediocriter temperatèque attingat. Post hæc responsum eum cupiens planius nosse quidnam diceret, bonos, inquam, viros, vtilēne, an inutiles esse censet? Vtilēs, inquit, ô Socrates. Nonne si boni vtilēs sunt, inquam, inutiles erunt? Concessit. Quid autem, philosophos viros vtilēs vel inutiles putas? Ad hæc ille maxime omnium vtilēs esse philosophos asseruit. Age igitur, dignoscamus si tu quidem vtra dicis, quomodo vtilēs nobis sint isti secundæ sortis homines? Manifestum enim est, quod vnoquoque artifice inferior est philosophus. Annuat. Age, inquam, si vel tu, vel ex amicis aliquis tibi charissimus agrotaret, utrum ad curam valeudinis philosophum illum secundarium domum induces, an medicum? Vtrumque. Ne mihi dicis vtrumque? sed vtrum potius? Nemo, inquit, ambigat, medicum & magis & prius. Quid autem in nauis fluctibus agitata, utrum te, & tuam gubernatori, an philosopho committeres? Gubernatori, inquit. Et in reliquis omnibus quatuor artibus adest, philosopho non erit locus? Apparet, inquit. Philosophus igitur nunc inutilis est: quum artifices non desint. Concessit vero sumus bonos quidem vtilēs esse, malos inutiles. Coactus est confiteri. Quid ergo post hæc abis te petam? An forsitan inuicibilis es, vltra perquirere? Quære quicquid lubet, inquit. Nihil aliud peto, nisi vt utrum concedaturam iam dicta: habent autem se in hunc modum. Concessit sumus philosophiam bonam esse, & extare philosophos, atque eos ipsos bonos, bonos autem vtilēs, malos contra inutiles. Deinde concessimus, dum artifices adfuerint, philosophos inutiles esse, & artifices adesse semper. Nonne concessa hæc sunt? Sunt. Confitemur igitur, vt videtur secundum tuam orationem, si quidem philosophari est esse scientem in artibus eo pacto, quo tu idem dixisti, malos philosophos esse, & inutiles, quandiu inter homines artes. Verum non ita habet, ô amice. Neque philosophari circa artes ita dios versari est, nec multis negotiis incumbere, aut multa perdiscere, sed aliud quiddam: si quidem existimo & absurdum hoc esse, & mechanicos relictus appellari, qui artibus incumbunt. Hoc autem modo planius intelligemus, an vtra dicam, necne, si hoc respondeas. Quisnam equos rectè domare norunt? vtrum qui illos meliores reddunt, an alij? Qui meliores. Quid autem canes, num qui eos meliores reddere, idem & rectè coercere norunt? Omnino. Eadem ergo ars, & meliores reddit, & rectè coercet? Eadem. Quid autem? Vtrum quæ & meliores facit, & rectè coercet, eadem discernit bonos & malos, an alia? Eadem, inquit. Vis igitur, inquam, idem de hominibus constitutumus, quæ optimos reddat homines, eadem sit, quæ & rectè cohibet, & qui boni sint, quiue mali, discernat? Profus, inquit. Nonne quæcunque vnus, eadem & multos: & quæ multos, & vnus?

Ita. Et in equis præterea ceterisquæ omnibus eodem modo? Eodem, inquit. Quisnam scientia est, quæ intemperantes, & legum transgressores in ciuitate recte puniat? Iudicialis. Quis? An vocas iustitiam aliam quamdam præter eam? Nullam, inquit. Nonne quæ scientia rectè castigat & puniunt, eadem bonos & malos discernunt? Eadem. Quisnamque verò vnus nocitiplos quosque cogno scet? Cognosceat. At qui multos ignorat, ignorabit & vnus? Concessit. Si ergo equus existens, bonos ac malos equos ignoret, seipsum ignorabit? Concessit. Et si bos cum sit, haud nouerit qui sint boni aut mali boues, sese etiam qualis ipse sit, ignoret, necesse est? Ita est, inquit. Eodem quoque modo si canis fuerit? Concessit. Nunc verò cum homo quispiam existens, ignoret bonos homines, & malos, nonne suspitiosus etiam ignarus erit, bonusne sit an malus? Adhuc. Seipsum ignorare, sapere an desipere est? Desipere. Seipsum itaque nosse, sapere esse? Est, inquit. Hoc igitur, vt videtur, & inscriptio qua in Delphis est, præcipit, Prudentiam scilicet & iustitiam colere. Apparet. Hæc eadem & rectè cohibere scimus. Adhuc. Qua ergo rectè cohibere scimus, ea vique iustitia est? Quæ verò & nos ipsos, & alios dignoscere possumus, prudentia. Videtur. Eadem igitur est iustitia atque prudentia. Apparet. Quinetiam ciuitates tunc optime gubernantur, quum iniusti duntaxat pœnas. Vera narras. Atque hæc ciuilibus scientia est. Est, inquit. Quid verò quoties vir vnus rectè ciuitatem instituit, quod nomen illi conueniet, nonne tyranni & regis? Adhuc. Nonne tyrannica aut regia arte gubernantur. Haec itaque facultates eadem cum superioribus sunt. Videtur. Quid verò quæ vnus domū rectè disponit, quod hunc nomen maxime congruit? nonne œconomus ad dominus? Conuenit. Vtrum & ille iustitia bene regit familiarum, an alia facultate? Iustitia. Idem est igitur, vt apparet, rex, tyrannus, ciuilibus, œconomus, dominus, prudens, iustus, atque vna quoque ars, regia, tyrannica, ciuilibus, dominica, & œconomica, iustitia atque prudentia est. Videtur. Quid itaque philosopho viro, quoties medicus de agrotantibus quicquam dixerit, turpe est non posse dicta illius assequi, aut huc aliquid asserere, quasi aliorum artificum quicquam: quomque aut iudex, aut alius quispiam eorum, cuius paulo ante retulimus, non absurdum in his, nec assequi dicta, neque quicquam conferre posse? Quidni esset absurdum, ô Socrates, in tantis rebus nihil habere eorum conferas? Vtrum igitur inquam, & circa hæc philosophum, vt pentathlum esse oportere dicimus, & secundas tenentem inutilem esse, quandiu aliquis illorum est: vel primum quidem ipsum oportere domum suam nulli administrandam præbere, neque secundas in hoc partes tenere, sed ex seipso omnia castigare, rectè iudicantem, si quidem familiarum suam rectè administrare cupiat? Assentiebatur ille mihi. Atque ego addidi. Tum si aut amicus huic aliquis vita sue rationem, aut emittas quicquam discernendum, aut iudicandum committat, nunc turpe, ô amice, sit secundas eum in his tenere, aut tertias, neque duces potius existere? Ita mihi videtur, inquit. Assentit igitur, ô vir optime, vt philosophari sit plurima discere, artesque tractare. Cum ista dixisset, sapiens quidem ille ex antedictis rubore affectus tacuit. Indoctus autem affirmavit sic esse, & ceteri omnes dicta collaudarunt.